gratulandúmq; salutandúmq; triumphalem virum prodibant
et erumpebant? ô Cœli beatæ Superûm Sedes, vos ego hic
testes appello, nunquid nunquid mox ut lethifer ille fer-
ariæ falcis ictus Martyris collum attigit demessuitq; vest-
ras quoq; ianuas sudit patefecit, reseravitq? tunc videre
fuit effusos Angelorum ordines, palmas coronásq; defe-
rentium, tunc Gallum tunc Benedictum in amplexu
dulcissimi Gloriosissimiq; filii ruentium, iamq; ubi Cœli
Regiam ingressus, coram Aspectu Thronóq; Divinæ Maiest-
atis præsentatus, ibi quid? quis civium Cœlestis illius
Jerusalem de cive congratulatio? quo monachorum, quæ
anachoretarum de confratre lætitia? quæ prophetarum
Martyrúmq; de fortissimo commilitone gloriatio, iubilq; amor
et gaudium? nihil nihil hic veteres Romanorum, tri-
umphi, ibi quod quisq; bello ceperat aut vicerat, velut spolia
præferebat, hic verò quid? divitias quas calcaverat? mun-
dum quem vicerat? dæmonem quem superarat? poterat hæc
utiq; in triumphum ferre omnia, hisce spoliis gloriari
iuremerito potuit, sed pudebat generosissimum animum
hæc ut vilia, nec magnæ victoriæ indicia, in triumpho
ducere, contemnebat hæc omnia, quid ergo? Audiat Roma
orbis terrarum domina, audiat Græcia universa disçátq;
ab Eusebio nostro rectè legitiméq; triumphare, se ipsum
enim fortissimus hic heros, se ipsum in triumphum ducit,

Licenza: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 334v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/it/zbz/D0147/334v)